se de omnibus bonis suis mobillibus et immobillibus cum successoribus suis teneve ad
implere, perficere, inviolabiliterq[ue] observare ac exequi submittunt ac inscribunt
sub vadio simili alio cum mille floren[orum] polon[icalium] in casu alicuius condicionis ...
aliquam non expleta ad solvendum succumbendo et coram officio praesenti ca-
strensi Branscensi in primo citationis termino peremptu responsione pro vadio ac lit...
pro omnibus satisfactione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus ... eva-
sionibus dillationibus vera vel simplici infirmitatibus motionibus appellationibus ac ...
quibusvis prosequutionibus, aliisq[ue] in universum cunctis iuris remediis et defensis le-
galibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ... abrenuntiando

Wyszenskiey Assecuratio

Coram officio et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[erso]n[alite]r comparens nobilis
Nicolaus olim Gregorij Kamienski in Kamien Dqbrowa Koce z[..] haeres ... sanus mente
et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ... Catherinae filiae no-
bilis Alberti Jurgiewicz Wyszynski consorti suae futurae in matrimonium desponsatae
respectu dotis postea accepta et in bona sua importata in omnibus in genere et sin-
gulis in specie bonis suis mobilibus et immobilibus ... haereditatibus villarum Koce piskuly
Kamien Dqbrowa et aliis eo adiacentibus haereditariis obligatoriis paternis ma-
ternis quaestis et generaliter cunctis se quovis modo concernen[tibus] nunc habitis et in post
favente divina clementia habendis et acquirendis summam sexcentorum floren[orum] polon[icalium] nu-
meri et monetae in Regno currentis modo certi veri et liquidi debiti solvendam per
se aut succores suos suos, ipsi aut eius successoribus sub vadio simili alio cum sexce-
torum floren[orum] polon[icalium] inscribit et assecurat. Et coram officio castren[si] capit[aneali] bran-
scensi in primo citationis termino peremptoria responsione pro vadio ac totali ...
omnibus satisfactione. Omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusq[ue]
impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succores ... abrenunciando et ab-
renunciando sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Wyszenski Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitan[ealibus] Branscensibus
personaliter comparens nobilis Nicolaus olim Gregorij Kamienski sanus mente et
corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia nob[ilis] ... Albertus olim
Joannis Jurgiewicz Wyszenski iuxta intercisam inter se ratione matrimonij
cum ... Catherina filia sua ineundi confectam ad rationem summae dotis trecentorum
floren[orum] polon[icalium] post eandem filiam suam concessit centum septuaginta floren[orum] polon[icalium]
persolvit ideo ipsum ratione eiusdem summae quietat evincit et liberum facit
ratione vero residuitatis summae salvam intercisam reservat personali sua reco-
gnitione in praemissis mediante.

Koce piskuli Exemptio

Coram off[ici]o et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens n...
Nicolaus olim Gregorij Kamienski in Kamien Dqbrowa Koce z[..] h[ae]r[e]s sanus m...
corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ... nobi...
...

olim Nicolai Koc et obligatione bonorum immobilium in haereditate Koce Piskuty Consi-
stentium sibi recognoscenti per eundem inscripta summam Triginta florenos polonos persolui-
sse ipsum quietat emittit inscriptionem eiusmodi Cassat et de bonis exnunc Conde-
scendit Personali sua recognitione in praesentibus mediante.

Kamienski Koce Piskuty Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Branscen personaliter Comparens
Nobilis Paulus olim Nicolai Koc sanus mente et Corpore existens palam publice ac li-
bere recognouit. Quia Nobili Nicolao olim Gregorij Kamienski et eius Successoribus
bonorum in haereditate Koce Piskuty Consistens in sorte paterna in mansis Piskutis
dictis totas sortes suas et integras in Campis et pratis et paruis sylvis quicquid
ipsum in eisdem sortibus Concernit excepta area una huiusque ubi ipse residet et sylvis
magnis sibi reseruatis, praeterea in sorte Barthosowska aream duodecem
sulcorum a fluuiolo granicie Kocow Bahow ad Viam Zagumienna, inter metas
Pauli Kamienski et Joannis Dziegcziji Koc iacen. item in eadem sorte Barthoso-
wska in Campo Sulcum unum Cum medio ex aduerso horrei ipsius Kamienski ab
horreis ad granicem Kocow Borowijes na koniec krza extenden inter metas eius
Kamienski et Ofiati Joannis Koc iacen. Cum agris pratis, et omnibus genera-
liter utilitatibus fructibus, attinentijs et pertinentijs nullis exceptis perpetuo et in
aeuum dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter resignauit. Jnromitathi exnunc
realem Cum actuali ac pacifica possessione per ministerium Regni Generalem et ante duos officiore
acceptandam dat et admittit. Submittitque se item recognoscens Cum suis suc-
cessoribus et omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus memoratam donatoriam
suum siue eius Successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico qua-
rumuis personarum propinquarum et remotarum per et ultra omnes praescriptiones
nes Terrestres toties quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere euincere
eliberare pacificare solusque tam per se quam per quasuis submissas et subordina-
tas personas non inquietare nec impedire sub Vadijs Trium simpliciter taxandis
et edicendis. Et Coram officio Castren Capitaneali Drohicinensi in primo Conditio
Termino peremptoria responsione. Omnibus in universum iuris remedijs et defensis legi-
libusque impedimentis etiam de iure Concessibilibus se et suos Successores dicti absoluendo.

Dąbrowski Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Branscen personaliter Compa-
rens Nobilis Dorothea filia olim Clementis Dąbrowski Consors Nobilis Mar-
tiani Jablonski Cum eiusdem Mariti sui dicti tutoris Coniugalis personali assistentia
et Consensu spontaneo sana mente et Corpore existens palam publice ac libere
recognouit Quia Nobili Clementi olim Nicolai Dąbrowski et eius legi-
timis Successoribus totam et integram sortem suam bonorum omnium mobilium
et immobilium in haereditate Jablonia Dąbrowa Gruta Consistens post
parentes suos utrosque iure naturali successionis Concernen et sorte in a-
... hortis agris pratis Campis sylvis rubetis gaijs pomarijs. et omnibus
... ribus Ac generaliter Cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus

38 ~~38~~ 785

prouentibus